



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

308 Absque noua collatione num redeatur ad beneficiu[m] pristinum  
permutatione non impleta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

tionum contextibus opportunissimarum varietatem atq; multiplicitem tum quod vno loco studiosis omnia proponi non potuerint neque verò debuerint, vt fastidium vitaretur.

Ac quoniam sub finē cap. cum vniuersorum. promiseramus pleniorē excussionem grauis- simæ quæstionis huius, an permutatione vel exitum non sortiente vel nō impleta vel alio- quin illusoria post impletionem reddita (pro- pter euietum fortè beneficium compermutan- tis alterius vel propter cōditiones aliquas non impletas) ipso iure rediri possit ad beneficium pristinum, an verò noua sit opus collatione, necessariò tandem nobis hac in re fides est li- beranda; quod iam antea factum oportuisset ad Bonifacianam. Dicebamus tentari posse, noua collatione opus non esse propter legem restitutionis inhaerentem beneficio ex causa permutationis resignato, si quando contingeret resignantem falli: sed res eget illustratione. Prius adferamus authoritates aliquot, hinc ra- tiones, postremò responsiones ad argumenta in contrarium prima facie facientia, cum limi- tationibus nonnullis. Rebuffus igitur (vt à po- sterioribus incipiamus) inter practicos Galli- cos minimè postremus in praxi sua beneficiali part. 3. tit. de permut. num. 12. non solam be- neficij pristini proprietatem sine noua colla- tione censer redire, verum etiam possessionem ipsam, aded vt retinendæ possessionis interdi- cto sit locus. de consuetudine non petitur, in- quit, noua collatio quando quis redit ad suum

208  
Absque noua  
collatione nō  
redeatur ad  
beneficium  
pristinū per-  
mutatione nō  
impleta.

309  
i Auctori-  
tates de noua  
collatione nō  
requisita.

l ij bene